

ceptis libris 267. solidis 13. cogitur restituere in vno anno libras 761. solidos 15. & tamen ille non est pactus vsuram aliquam nisi solidum vnum pro scuto, & hoc est licitum, reliquam dicunt esse in fortunæ potestate, quantum si ille solueret Lugduni ferè nihil passus esset detrimenti in prima vice, videlicet in primo Cambio, & ex hoc patet etiam quod Cambium ficcum est quasi duplex Cambium, & in secundo magis nocet quam in primo quia fingunt quod ille qui est accepturus pecuniam Lugduni tãquam persolutorius Mediolani, eo quod Lugduni tunc propter nundinas est inopia pecuniarum, quod oportet vt cum tanto damno recipiat, & hoc est quod dixit bene Saluator, quod filij seculi prudentiores sunt filiis lucis.

Et licet per secula futura & in diuersis regionibus varientur, modi horum Cambiorum, nil minus hæc regula bene intelligenti in sempiternum seruiet, nam non expertus non indigebit, experto autem licet modus varietur, cum infinitis subiaceat differentis ista sufficient.

32 Aurei 4 sunt 5 Rhenenses. 6. Rhenenses sunt 3 dupli. 7 dupli sunt 41 testones. quatuor testones sunt Scutum. 2 Scuti sunt 11. Mozenighi, quæritur 100. Mozenighi quot sunt aurei, dicta fuit regula in transmutationibus. Verum quia casus hic est di-

$$\begin{array}{r} \frac{4}{5} \quad \frac{6}{3} \quad \frac{7}{41} \quad \frac{4}{1} \quad \frac{2}{11} \quad 100 \\ \hline .24. 168. 672. 1344. 134400. \\ .15. 615. 615. 6765. \quad 19\frac{91}{551} \end{array}$$

uersus declaramus regulam ex hoc fore generalem dispone vt in Figura vides duc 4. in 6. fit 24. duc 24. in 7. fit 168. duc 168. in 4. fit 672. duc 672. in 2. fit 1344. duc 1344. in 100. fit 134400. & hic est numerus diuidendus post duc 3 in 5. fit 15. duc 15. in 41. fit 615. duc 615. in 1. fit 615. duc 615. in 11. fit 6765. & hic est diuisor, diuide igitur 134400. per 6765. exeunt  $19\frac{91}{551}$ , & tot habebit aureos pro 100. Mozenighis.

Et hæc dicta sint de Cambiis ob magnam eorum vtilitatem & iacturam, ac nomen celebre vsuramque frequentem, reliqua autem absolues per capitula superiora ex quibus incertæ quæstiones faciliter soluuntur.

## CAPVT LVII.

### *De Redditibus & Recompensationibus.*

**A**Ntequam ad expositionem accedam duo sunt obseruanda, quæ etiam maximè capitulo sequenti inseruiunt primum vt cum redditum inuestigare. volueris operare per vnam libram non solum ob facilitatem verum ob vnitatis proprietatem, cum enim fuerint quotlibet numeri aut quantitates ab vnitatem continuæ proportionales semper secunda erit  $\mathcal{R}$ . quadrata tertia, & cubica quarta, &  $\mathcal{R}\mathcal{R}$ . quinta, &  $\mathcal{R}$ . relata sexta, &  $\mathcal{R}$ . cubica  $\mathcal{R}$ . quadrata septima, &  $\mathcal{R}$ . Relata secunda ipsius octaua, &  $\mathcal{R}\mathcal{R}\mathcal{R}$ . nona, & ideo cogni-

Tom. I V.

ta vnitatem, & tota eius operatione, cognoscimus per multiplicationem simplicem quod prouenit ex tali quantitate, & hæc est causa etiam cur in positionibus ponimus 1 co. & non plures, secundum est quod semper laborabis in libris & fractionibus nunquam deducendo ad solidos nec nummos, vt quidam Arithmetici faciunt: donec ad finem operationis non perueneris, sic enim tutius ab errore, facilius ac certius, ac breuius operaberis, in qua regula communiter practici Arithmetici errant ita vt pueri cum rationem operationum non intelligant è ludo relato pede, omnium quæ ibi didicerint penitus obliuiscuntur, impossibile enim est Arithmeticum bonum esse nisi altero trium modorum, vel quod in perpetua sit operatione sicut sunt magistri, qui licet non vere hanc artem calleant ob quotidianam tamen exercitationem multa scire videntur.

Secundus modus est vt discat omnes operationes cum ratione ex Theorica, & hoc est rarum quia requiritur magister multum eruditus. In tota Mathematica, & ingenium discipuli maximum, & perseuerantia diutina cum ipso Magistro, & ideo sunt rari in hoc non solum discipuli sed etiam Magistri. Tertius modus est vt habitis principiis per aliquod compendium quale est liber hic doctrinam diligendo aliqui fiant perfecti, nam quod hucusque scriptum est ab aliis non possunt multum prodesse, & ideo ab hoc tempore ante, inueniuntur multi præclari Arithmetici si multi fuerint studiosi.

Sunt igitur duo hæc inquirenda, primum quid sit redditus & est auctio debiti ad creditorem, ex re possessa, veluti tu possides aureos centum ex meis, aut domum aut villam tenetis reddere vltra aureos 100. domum, aut villam, singulis annis aliquid puta aureos 10. recompensatio autem est eius contrarium, vt pote possides aureos 100. ex meis, ea conditione vt decedant singulis annis aurei 10. ita quod in annis 10. nihil restituere tenearis, est autem quilibet horum duplex simplex, & ad caput anni dicitur autem simplex quando redditus non coniungitur capitali, ita quod semper capitale remanet idem & redditus remanet idem singulis annis, verum coaceruatur, exempla dedi tibi aureos 100. vt soluas simpliciter 10. aureos singulis annis, ponamus quod non currat solutio intra quinquennium, tunc non solues tamen nisi 10. aureos singulis annis, & in quinquenio debet aureos 50. Redditibus autem ad caput anni est vt redditus primi anni adiciatur capitali, & ex toto accipias redditum secundi anni, sub eadem portione, & ita adicias redditum, secundi anni capitali, & totum fiet capitale pro tertio anno & ita de singulis exemplum, dedi tibi 100. liuras ad caput anni, ad 10. pro 100. igitur dices qui dat 10. pro 100. facit redditum esse  $\frac{1}{10}$  capitalis pro anno, igitur primo ad 100. adde  $\frac{1}{10}$ , sunt libræ 100. quibus pro secundo anno adde  $\frac{1}{10}$  capitalis sunt 121. quibus